

234

editos meos commentarios edidit parones in male-
dicam et plenam falsarum calumniarum. Ad hanc
ergo responsionem paravi. Sed quia causa rejecta se-
ad calumnias convertit, invident fratres, ut hereticam
eversum post iteratam responsionem rejiciam. Hinc
subserviens protinus in me edidit mendacilogiam
rhetoricationem, ad quam seriam et necessariam re-
sponsionem paravi. Sed quia causa haec omnes Ecclesias
attingit, non volo illam edere, nisi ab omnibus vel pra-
cipuis nostris Ecclesiis lectam et approbatam, simulatq;
edita fuerit, faciam ut eam habeas. In Hollandia
incipiunt Ecclesiae caput erigere et animum recipere.
Deus faciat, ut puram doctrinam et medicam con-
sensum retinere possint. Spero me brevi ad te pro-
lixius scripturum esse. Qui tibi has affert Westelus
Emmianus est juvenis pius, doctus et modestus, ejus
studia videntur ad posteritatem spectare. Habet
Patrem Abbonem Emmianum de Ecclesia Dei quam
optime meritum, et multis scriptis celeberrimum,
hic juvenis totum quadriennium usus est mea
opera in Theologiae principis addiscendis, nunc
ad te proficiscitur, ut quo tibi feliciter inchoavit,
te luce absolvat. Ego eum, mihi paree, tibi com-
mendo, et rogo, ut eum tua benevolentia com-
plecti velis; quicquid illi feceris, ita accipiam, ac
si mihi factum esset. Diliro r. eum, tum propter
seipsum, tum propter patrem ejus, tanquam proprium
filium. Fac igitur, ut optimus juvenis intelligat, has
litteras, quibus eum tibi commendo, aliquid ponderis
apud te habuisse. Vale Franekeræ 6. Martij 1614.

165.

Celeberrimo J. Pareo Joachimus Borgesius Hamburgensis
S. P. Facere non possum, Carissime Vir et animo meo
venerande, quin data hac optatissima occasione te
epistolis invisam. Qui enim hoc tibi reddet, filius est
Abbonis Emmii celeberrimi istius Historiographi et histo-

riarum Professoris hinc designati, amicus meus intimus.
Et licet te maxime serijs occupatissimum probe norim,
qui compellationibus ejusmodi turbandi non sis, me
tamen interesse putavi, si non alia, certe hac ratio-
ne declarare, quod vestri, ac beneficiorum, quibus
in vestra Academia et praecipue à te affectus sum,
memoriam non deposuerim. Nihil enim equè mi-
hi semper fugiendum existimavi, quam ne ingra-
titudinis indicium de me cuiquam preberem, quod
isto nomine omne vitiosum genus occultari
intelligerem. Gratias igitur, quas debeo et possum
concipere, maximas ago et habeo, et cum referre
pares non sit opis nostra, habebis, quoad vivere
me semper honor nomenque tuum, laudesque mane-
bunt, cum propter alia, tum vel maxime, ob hono-
rificam tuam de me ~~sententiam~~ ^{sententiam}, quod amicis me absen-
te et presente candidè exponebas. Ad me quod atti-
net, saluus cum bono Deo ad meos in Frisiam
perveni, ubi etiamnum haereo. In transitu per
Hollandiam curiosius res ad statum religionis
ibidem spectantes scrutatus sum, quod ille me
hactenus alibi errantem bona parte fugerent.
Deprehendi non sine ingenti animi dolore, schismata
quod absens cognoveram, magis magisque serperere, et
adeo late vimam egisse, ut vix de illo consolidando
sper supersit. Partes dissidentes, quae initio Arminia-
ni et Gomaristae s: quos contumeliosè pars adversa
Predestinatores vel Predestinatorum sectam ap-
pellabat. Dicebatur, nunc Remonstrantium et
Contra-Remonstrantium nomine veniunt: Ita
dicti sunt ex titulis, quos fecerunt scriptis suis, quod
sibi invicem opposuerunt. Vah quantis ibi certatur
odis Cristiano pectore planè indignis. Tudent
carmina famosa in Orthodoxorum perniciosum
Nam novatores illi favore Magnatum vincere
credunt.

235
creduntur. Vidi cantilenam Belgicam adversus Pede-
stratores pro Dei gloria à veritate amante p[ro]ta fere-
bat titulu[m] factam. Proh scelus! Accusant nos ase-
data in Ecclesia tyrannid[e], et hominib[us] persuaserunt,
nos perperam de officio magistratus sentire, et docere.
Quo nos lotio dum perfundunt, ita potere fecerunt
coram terra incolis, ut vix saty simus ad nos purgandos.
Student illi aure populari, et gratiam magnatum ca-
risime mendacii blandiuntur. Prostruant n[on] falera in
minorib[us], ut postea in majorib[us] citius ambulent. Ma-
jus namq[ue] monstrum dunt, quam vulgò creditur.
Socius est, quem parturiunt. Miant, scribant, ad sui
purgationem, quæ velint, nunquam efficiant, ut
stolidus cum plebe credam, eos nil ultra articulas
in vulgus notas querere. Novi ego plus, quam
vellem, illorum molitiones, etsi ut plurimum myste-
ria sua arcã condant. Vidi his meis oculis, Lugdu-
ni cum essem, patrum et nostrorum scripta elimi-
nata, Socinum cum suis pulpita obtinere, et utramq[ue]
quod dicitur, paginam replere. Nomina Calvini,
Bezae, ipsi sordent. De his non minus scabiose
loquentur, quam vel Pontificii, Ubiquitarii, vel
alii. Socinum et aspidas tantum magnificiunt.
Quid non de his mali suspiceris? Arminium et
Vorstium vel 'ἐπιχρῖ' / quod vix sine ripa auctori-
doctores nominant. Sic agit, scribit, agit Doctor
puta Vorstius. Nec pudet eos technas suas, quibus
nos scelerate circumveniant / ne scilicet rotunda
phrasi nobiscum agant, nec potentiam suam liqui-
di proponant, quia nondum tempestivum sit, ut se pa-
tefaciant / ut p[ro]mitte suis reservationib[us] mentalib[us]
palliare exemplo, quod mireris, Calvinum, quem doctri-
nam de predestinatione horridam sita illi lo-
quantur / populo non esse proponendam, ceptis
calumniantes. Et qui sic loquebantur, intimi erant
Vorstii, et eorum, qui duces hoc negotio sunt, ut non ex se

loqui illud s. nondum esse tempestivum, se ut patefaciant.)
jura merito credantur. Majora eos conari certo cer-
tius est; Hinc est, quod metu male conscientia ferri-
ti, ne secum ut cum hereticis agatur, sua salutis pro-
spectum cupiunt, et propriam agentes causam cogitant
de vertendo libro Minii Celsi Bonensis de hereticis non
occidendis cum Episcopis adversariis Bezae et Rudolphi. Pre-
paratoria haec tantum sunt ad causam principem, quam
agunt. Inter illa praecipuum, ut potentum favorem
siquam causa sua basin ponant. Et quod alii ex-
primere erubuerunt, Grotius satis crude in lucem
protulit, cujus librum credo dudum vobis visum, lectum,
judicatum, et jure improbatum. Inde luce meridiana
claviores evadunt ipsorum conatus. Lugduni cum esset
ille liber sub prelo esse nunciabatur. Addebatur
authorem vindicta cupidine, spe promotionis, et ut
magnatibus placeret, in hanc messem suam falcem
inmisisset. Nam dum ille in Anglia Regis et Eclesi-
asticorum iudicia in hoc negotio exquirat, ac
virum Clariss. D. D. librandum, quantum potest illo-
rum odium exponere nititur, ecce supervenit liber
D. D. D. librandi contra Vorstium, qui illum fidei
apud Episcopos destituit, et D. D. librandum suspicionem
liberat. Hinc magis incensus homo odio contra D. D.
librandum; nescio unde primum orto, nisi quod ipse
etiam in hac turbata aqua piscari gauderet, et sibi
aliquod nomen acquirere, eum sibi delegit in hac
arena adversarium. Jure ante annum adhuc in
contraria fuit sententia et novatorum illorum
conatus vehementer improbarit, sive quod serio
ita sentiret, sive quod verisimilius, ut iudicia docto-
rum hac in re expiscaretur; Mentem eorum,
qui primas ibi tenent, expressit, quam et illi sta-
tim in actum deducere conati sunt, jubentes mini-
stros huic sententiae subscribere, et qui recusarent
loco cedere. Hanc n. occasionem captant, ut illos
specie juris dimittere videantur, qui illorum conatibus
obstant.

236

obstant, non quia non consentiunt in dogmatibus, sed quia
Magistratus non obediunt. Qui enim canem vult cadere,
ei non deerit baculus. Interdicitur his scriptione, quae
parti adverse permittitur, si quis contra faxit, damna
est, quia Magistratus non paruit. Ita paulatim adver-
sarii ipsis minuuntur, quorum loco sufficientes sui fa-
vinae homines, atque ipsi indices vires et robur accipi-
runt. Quae sibi isti Magnates dominium absolu-
tum etiam in religionis negotio et papali imperio,
quod satis declararunt, dum nuper quosdam articulos
de Predestinatione à factione Arminiana conce-
ptos, et novum ordinem regiminis Ecclesiastici toti
Hollandiae observandam obtrudere voluerunt, quos
articulos vobis non ignotos mihi persuadeo. Ibi quidam,
quae alterius erant partis, civitate primò remissius
agere, praeter unam Amstelodamum; mox tamen se
cum hac conjungere, Enchusa, Edamum et Noordvraam
quae sua intercessione istum turbine sedarunt,
dum publice testate sunt, se nec latum unguem à
confessione dogmatum recepta velle discedere, nec
quicquam in regimine Ecclesiastico mutare. Unde
animus multis adversariorum labascere coepit, atque
adeo ipsi inter magnates summo, quod viderent,
non ita negotium succedere, uti quidam sperarant.
Unus ex Coriphæis, et qui caput negotii inter Cal-
listicos est, se excusasse fertur, quod non malo
animo, quae hactenus acta fuissent, ita graviter
vixisset, sed sollicitatione obstrictus, quod Arminius
in extremis posito id promississet. Viri politici, qui
partes Arminii impense fovent ac promovent,
cum viderunt se ab Ecclesiasticis deseri, etiam
nonnihil manus ab opere remiservunt. Ita nunc
altum de tota re silentium. Vorstius interim in
otio deses lauto fruitur stipendio, et quasi non-
dum satis mundum suis apologiis repleverit, credo
alias erudit. Nostra haec provincia hactenus
Dei beneficio incontaminata ab illa labe Arminii est

Vorstii ~~p~~ mansit. Eglisheimus Vorstii antagonista nunciatus
perisse nunciatur. Sed quid ego hoc ad te, Vir Clarissime
me, qui de hisce. inde ex nostris oris literis docto-
rum certior sis. Accipies tamen hoc in bonam par-
tem spero, et animum probabis. si quid pro te in his
locis efficere possum, habetis me tibi semper paratissi-
mum. Ego huc veni Noecenatum iussu expecta-
tury conditionem, quam Dominus benigne ostendet.
Sed hactenus ne spes illius affulget. Sors mea in manu
Domini, eius solius est ostendere occasiones commo-
das. Feci, quod mei fuit officii, ut spero, de cetero
commendo viam meam Domino, ipse faciet. For-
tunam mihi fingere non possum, ingenium sicut ille
ait/potui, sed non sine Numine. Vale Vir Clarissi-
me et importunitati meae ac stomacho ignosce.
Dominus Deus te, in usum Euleria sua adhuc aliquamdiu
incolorem conservet, qui dixit: Etiam in senecta
vos portabo; te clementer in hac grandi etate fove-
at. Obsecro R. D. D. Soppenium, praepceptorem meum
optime de me meritum data occasione ex me
salutes. Faxo, ut quamprimum a me literas habeat,
et gratias pro fidei institutione. Nunc plura
scribere non licet. Groningae 1614. die 25. Martij
Salutat te et D. Soppenium reverenter avunculus
meus senio et morbo confectus, nec quicquam aliud,
nisi beatam migrationem expectans.

184.

Clarissimo D. Pareo salutem per Iñum nostrum
Iesum Christum precatur Jacobus ad Portum.
Redditus est mihi superioribus nundinis, vir Reverende, cla-
rissime et multis nominibus mihi colende, una cum
epistolis liber tuus eruditissimus de gratia et libero
arbitrio adversus impudentissimum illum Romanum
meretricis procerum Robertum Bellarminum, pūn-
tissimo consilio conscriptus, et ex singulari benevolentia
Dono